



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Historiae Societatis Iesv ... Pars**

Everardvs / Avctore R. P. Francisco Sacchino Societatis Eivsdem Sacerdote

**Orlandini, Nicola**

**Insvlis, M.DC.LXI.**

Lector aduerte in elogijs Virorum Illustrium...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98283)



Estor aduerte in elogijs Virorum Illustrium, quos his Hi-  
storjs complexus sum, nonnulla me obiter attingere, qua  
sanctitatem ipsis videantur adscribere: perstringo non-  
nunquam aliqua ab ijs gesta, quae cum vires humanas su-  
perent, miracula videri possunt, praesagia futurorum, ar-  
canorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, &  
si qua sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mor-  
tales eorum intercessione diuinitus: demum nonnullis sanctimonie, vel mar-  
tyrij videor appellationem tribuere. Verum hac omnia, ita meis lectoribus  
propono, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, at-  
que approbata, sed tanquam quae à sola suorum auctorum fide pondus obti-  
neant, atque adeo non aliter quam humanam historiam. Proinde Apostoli-  
cum Sacr. Congregationis S. R. & vniuersalis Inquisitionis Decretum anno  
1625. editum, & anno 1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè iuxta decla-  
rationum eiusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano Papa VIII. anno  
1631. factam, seruari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut  
venerationem aliquam per has meas narrationes vlli arrogare, vel famam,  
& opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seu augere, nec quicquam eius  
existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando  
vlli beatificationem, vel canonizationem, aut miraculi comprobationem,  
sed omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusa hac mea lucubratione, ob-  
tinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sancto  
profiteor, quam decet eum, qui Sanctae Sedis Apostolicae obedientissimus ha-  
beri filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

N. N.

INDEX